

2424 rep. a. 1853 in fundo Petri Sala prope viam qua Bovillis itur Antium, fatto poco più d'un miglio di questa strada.

Φ ICE REQUISQVET FAMVLVS DEI C
DIES T III DIPONITOR III IRIS IVL

De Rossi *bull. crist.* 1869 p. 80.

1 φ aut foliolum esse aut crucem pessumdatam a quadratario iudicat Rossius. Idem legit: *ice* [= *hic*] *requisquet famulus dei C...* [qui vixit annos ... mens. ...] *dies (tres), diponitor* [= *deponitur*] *III iris* [= *idus*] *Iul(ias)* ...

2425 rep. una cum n. 2424.

ηC REQUIESCIT OPTATA

De Rossi *bull. crist.* 1869 p. 80.

XI. Inter Bovillas et Castrimoenium.

Continet hoc caput inscriptiones repertas sub Marino oppido, non ita longe a Bovillis, Castrimoenium versus, locis dictis *Tor Messer Paoli* (*Massepoli*), *Sassone*, *Marcandrea*, vel quae ibi repertae esse dicuntur; nam de origine maioris partis inscriptionum huius capitis, earum scilicet quae anno 1864 empta esse dicuntur a Benedicto Grandi in vinea Dominici

Zoffoli, nequaquam constat, cum nonnullae ex eis aliunde videantur in eam vineam adlatae esse (cf. ad n. 2445, item n. 2458), alias autem fortasse mero errore Grandius ei vineae adtribuerit, ut falso sine dubio in ea vinea repertam esse scripsit inscriptionem rectius ab Henzeno relatum inter urbanas huius corporis vol. VI n. 1330.

2426 ara ex lapide Albano. Rep. anno 1853 *Tor Messer Paoli* in agro Marinensi prope Bovillas ROSA. Postea, certe inde ab anno 1864, Romae in museo Lateranensi.

HERCVLI · AVG
S A C R V M
DELTVS · CAES · N̄
SERBVS · BER · ΔISP
5 V · S · L · M

Descripserunt Petrus Rosa et Michaelis (inde huius corporis vol. VI n. 300).

Dedi exemplum Michaelis. — 3. 4 *Delfus Caes(aris) n̄(ostri) serbus ber(na), disp(ensator)*.

2427 fossionibus institutis a Bocanera mensibus Ian. usque ad Apr. 1884 [cf. *notizie degli scavi* 1884 p. 43 seq. 83. 106] sub Marino, lungo la strada municipale marinense, presso la stazione del tramway il 'Sassone', e più precisamente sul confine delle vigne vocab. 'Marco Andreola' con la tenuta delle Fratocchie inter rudera villae Romanae prodierunt fistulae infra n. 2434. 2436. 2437 et hoc fragmentum tabulae marmoreae.

serapidí · ET · ISIDÍ
polLIO · N̄ · EXSTRVXIT

Lanciani *notizie degli scavi* 1884 p. 193.
2 supplevi ex n. 2436.

2431 tabula marmorea. Marini rep. AM., in vicinanza della contrada terre [scr. torre] *Messer Paoli* MAROCC. Marini in aedibus publicis HENZ. STEV. (a. 1870).

D · M
CLAVDIAE · PRISCAE
CONIVGI · PISSIMAE
EVTYCHES · CAES · N̄
5 SER · TRYPHONIANVS
DISP · VILL
MAMVRRANAE

Descripserunt Henzen et Stevenson. Poletti apud Amatium ms. Vat. et *giorn. acad.* 28 (1825) p. 346 (inde Orelli n. 103; item sine dubio Cardinali *dipl.* n. 534); Marocco *monumenti dello stato pont.* 7 p. 47.

Villam olim Mamurrae, noti C. Caesaris dictatoris praefecti fabrum, regnante gente Claudia fuisse imperatorum ex hoc titulo discimus.

2428 sotto Marino verso la via Appia nuova è un luogo noto sotto il nome di Marco Andrea o Andreola [cf. ad n. 2427], oggi appellato anche il muro dei Francesi; quivi nel 1864 entro la vigna del sig. Domenico Zoffoli fu sterrato un pavimento di antico edificio tutto lastricato di marmi in parte scritti DE ROSSI *bull. crist.* 1872 p. 148. Lapidis plerosque emit Grandi et transtulit in villam suam via Appia ad circum Maxentii, ubi hic quoque extat; tabella est marmorea litteris malis.

· D · M ·
M · AVRELIO
C V L I N O
COH - XII ·
5 V R B ·

Descripsit Bormann. Grandi ms.; Lanciani *bull. municipale* 1883 p. 235.

Vv. 4. 2 imminutos dat Lanciani.

2429 sarcophagus rep. ibi ubi n. 2428 GRANDI, postea in eiusdem vinea via Appia prope S. Sebastiani.

TIB · CLAVDIO · CLAVDIANO · EQ · ROM
MIL · PETIT · SAPIENTI · ET · INNOCENTI
ADVLESCENTI · QVI · VIXIT · AN · XXXIII
MENSIBVS · VIII · DIEBVS · VIII · CLAV
5 INGENVS · 7 · COH · VI · PRAET · PATER
SARCOFAGO · CORPVS · POSVIT

Descripsit Bormann, unde edidit Henzen *bull. dell' inst.* 1868 p. 71, huius corporis vol. VI n. 2606. Grandi ms.

2 MIL · P · PILI Grandi. — 3 ANN · XXIII id.

2430 tabula marmorea rep. una cum n. 2428, deinde in vinea Grandi via Appia.

D ascia m.
M A G V T T
O · MIL · Coh
P A T E R N I militavit
5 ANN · XIII · vixit ann
· XXV · FECI
IVS · SPATA
NO · B · M ·
LIB · LIB · P Osterisque
10

Recognovit Bormann; vidit de Rossi. Grandi ms.

2432 cippus marmoreus litteris bonis. Rep. sotto Marino non lungi dalle Fratocchie o dalla via Appia nella vigna Trovalucci, ora è in Marino STEV. Prope Marinum, loco cui nomen Castel de' Paoli COZZ. Anno 1882 Frascati apud institorem rerum antiquarum.

aquila
alis ex-
pansis
D I S · M A N I B
M · L A E V I O
S E V E R O
T R I B · F A B · V I X · A ·
5 X X I · M E S · V I I I · D · X I X
I V S T V L E I A · P R I S C I L
L A · M A T E R · F I L I O · P I E
N T I S S I M O · F E C I T ·
E T · M · L A E V I O · M A R
10 T I A L I · C O N I V G I · S V O

Descripsit Henricus Stevenson. Praeterea habuimus exemplum factum a Fortunatio, anonymi communicatum a Cozza, tertium communicatum ab Helbigio anno 1882. Edita est *notizie degli scavi* 1884 p. 108.

4 trib(u) Fab(ia).

4217 fragmentum rep. cum n. 4213.

VETERAN?

Descripsit de Rossi.

4218 lapis Albanus rep. Albani ibi ubi n. 4213 seq.

aur. VICTORINO
qui VIX ANN XV
M XI AVR PRISCA sic
NVS // V // // // //
5 FILO // CAVR // //
GRESA MATER
AVR PRISCI // N /
ANN // // // //

Descripsit de Rossi.

3. 4 SCR. PRISCA | NVS.

4219 fragmenta eiusdem ut videtur inscriptionis rep. ibi ubi ea quae praecedunt.

M.
au RELIAE.
NIAE CON

XVI
S Q ET VA
CSSS

Descripsit de Rossi.

4220 rep. ubi eae quae praecedunt.

AVR MARI
MATRI QVE uix
ANNIS

Descripsit Gatti ex ectypo.

4221 cippus eleganter ornatus repertus Albani nel giardino della villa Boncompagni-Ludovisi.

DIS MANIBVS
CLAVDIAE AGIDIAE
urceus SORORI patera
PHYLACIS AVGVST L
5 VIXIT ANNIS XVIII

Notizie degli scavi 1886 p. 57.

Protomen muliebrem una repertam ad eandem Claudiam Agidiam pertinere coniecit editor.

4222 rep. ibi ubi n. 4213 seq.

REDE
VS MAXIM
P SECVNDVM
5 bene MERENTI FAG B

Descripsit de Rossi.

4223 presso la Galleria di sopra.

V I I A N
ONNO DIEBV
// I : O R A I /
ACETVS AMM
5 OS F I I V E
M P

Descripsit Tomassetti.

5. 6 fortasse fil. v[er]ne[m] (erenti) p[ro]s[er]uit.

4224 in parte aversa inscriptionis n. 4220.

PVELLA BIRGI
NE QVE BIXIT A A
NVS M II D
XXV ORA SEM
5 S RECVNBE

Descripsit Gatti ex ectypo.

2 fin. dedi ut inveni in apographo Gattii; alterum A abundat. — 4 fin. 5 in. videntur corrupta esse.

X. BOVILLAE (p. 230).

ad n. 2390. Ectypum dedit Huelsen. V. 9 fin. est I (non fuit II).

ad n. 2409. Specimen scripturae dedit Huebner exempl. script. epigr. n. 314.

4225 cippus lapidis Albani litteris vetustis. In via Appia non longe a Bovillis.

VNIUS C L EVPRANO
ARIA M L ALEXAND
MARIA C L NICELLA
5 VNIUS C L L L L L L
DIONYSIVS
IN FR P
ima latent humo defossa

Descripsi.

V. 1 totus, v. 5 ex parte erasus.

XI. Inter Bovillas et Castrimoenium (p. 237).

ad n. 2427. 2434. 2436/7. Repetivit Lancianius bull. municipale 1884 p. 153—155. Inscriptio n. 2437 IERAX FECIT videtur fuisse et in ea fistula, in qua est n. 2436 a, et in ea, in qua n. 2436 b. — Nomen Q. Voconii Pollionis, quod lectum est in n. 2436 et probabiliter suppletum in n. 2427, redit, ut recte observavit Lancianius, in signaculo aereo reperto prope Nicoteram (Corp. X n. 8059, 441): VICTORIS | Q-VOC-POLL.

4226 eundem locum, ex quo prodierunt n. 2427. 2434. 2436/7, cum exeunte anno 1884 denuo Boccanera pervestigaret, prodiit rivus plumbeus in quo legitur

a q. voconi polliONIS
b SVLPICIVS TRO LLVS FEC
///LPICIVS TRO LLVS FEC
c /// VOCONI POLLIONIS
d XV

Lancianius notizie degli scavi 1884 p. 394. a et b legi nelle parti originarie della condotta, secundam et tertiam nelle parti di restauro (distingui enim in hoc rivo plumbeo alcuni pezzo di restauro) ait Lancianius. — b pro TROLLVS sine dubio legendum TROILVS.